Ymnus sci Martini,
dictus a domino Ennodio.

Cum gesta Martini loquor,
Nil laude dignum transeo.
diuisa uirtus omnibus
unum coacta praetulit.
Labore magno martyr est,
uictore carnis spu.
hoc est triumphis proximu,
si bella calcent intima
perdente uires corpore.
res fixa constat laureis,
sublimat hostem mentium,
qui uota membrorum fug&.
hic fontis ignem nesciens,
calore feruebat di.
undis uapore iunctus est,
xpo dicatus actibus.
qua ueste nudum texerat,
hac rex nitebat aetheris
sordente panno adquiritur,
quod fulg& astrorum globus.
quam iusta commutatio,
astrum rependit indigens,
et regna mendicus parat.
mox sacrae uitae contigit
de plebe lusit demonum.
iussit famulis surgere,
uixere tactu funera,
flagella passus est libens,
quibus coronam nexuit.
Conpulsus ad antestitem,
uotum repugnans induit,
quod sca conpleuit fides.

· ~~finit · feliciter~~ ·

Ymnus sci Dionysii,
dictus a domino Ennodio.

Dionisio xps dedit
quod bella, tot uictorias.
Secul piorum ciuis est,
urbis supernae particeps.
Constantius uatem loco
quondam tyrannus expulit.
Non cessit iste turpido,
Creuit periculis fides.
hoc sca dic professio,
te poena tradit prosperis
optata mercaris malo
persistet tortor adiuuans,
Lux haec negando ceditur.
O quam beata aduersitas,
Si sic triumphant exules,
Nihil uerendo martyre
Confessor ille destitit.
Dispersa mors quos adfic&
ad uota mortis euolant,
Nil lenta perd& occio,
Intrat latenter abdita.
Unde funus maeror est,
Velox medella transitus,
ris& furorem principis.
fide manente cursitans,
fixus per orbem ducitur.
Qua sol coruscat acrior,
Negans bibendi copiam,
a te tremende sumimus
Ceu nostra quae remuneres.
Tu mitte scm poscere
quod ipse nobis conferas.

· ~~finit · feliciter~~ ·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0336